

Texte 2 : Plaute, *Les Bacchis*, III, sc. 3, v. 16-44, « Alii, Lyde nunc sunt mores »...

LUDUS - [...] sed tu, qui pro tam corrupto dicis causam filio,
eadem ne erat haec disciplina tibi, cum tu adulescens eras?
nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae,
digitum longe a paedagogo pedem ut efferres aedibus.
20 ante solem exorientem nisi in palaestram veneras,
gymnasi praefecto haud mediocris poenas penderes.
id quom optigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum:
et discipulus et magister perhibebantur improbi.
ibi cursu luctando hasta disco pugilatu pila
25 saliendo sese exercebant magis quam scorto aut saviis:
ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.
inde de hippodromo et palaestra ubi revenisses domum,
cincticulo praecinctus in sella apud magistrum adsideres
cum libro: cum legeres, si unam peccavisses syllabam,
30 fieret corium tam maculosum quam est nutricis pallium.
[...]

PHILOXENUS - Alii, Lyde, nunc sunt mores.

LUDUS - Id equidem ego certo scio.

Autrefois, on briguaient déjà les suffrages du peuple que l'on n'avait même
35 pas encore cessé d'obéir à son maître.

at nunc, prius quam septuennis est, si attingas eum manu,
exemplo puer paédagogo tabula disrupit caput.
cum patrem adeas postulatum, puer sic dicit pater:
'noster esto, dum te poteris defensare iniuria.'

40 provocatur paedagogus : "echo senex minimi preti,
ne attigas puerum istac causa, quando fecit strenue."

[...]. hócine hic pacto potest
inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet ?